

facio: *Ἐχάρ, Ἐχάρ ἔσε βέβηλοι*: exeste n. profani,
este pagani, exeste haeretici: et quotquot nondum didicistis e
divinis Oraculis sapere. Exesse te nominatim Basilidem iubeo, qui
monem Cyrenaeum, ut in cruce portanda, sic in sustinenda crucifixione
Christo Surrogas: dignus, qui Latroni in Succedaneum deis. Exesse
Marcum cum ascedis tuis iubeo, qui lusum quendam et imaginem, persona
Domini nostri *IESU CHRISTI* neutiquam ferientem Passionem censes: de
qui a Cerdoniamis Successoribus lauderis. Exesse Te immanem Manem
Perlam iubeo, qui Stygiorum manium dubio procul agitata facibus,
Stygo et vix fidem ap. Posteros inventuro dogmate docebas: Princi-
Tenebrarum auri afixum, eundemq; sineam coronam portasse, et vestem
coccyneam habuisse, quod quidam Dominum portasse arbitrati fuerint,
adeoq; omnia, quae ille sustinere visus, tenebrarum Ducibus irrogata esse
qui davis etiam et lancea vulnerati essent. Vox hominis est digni-
quicum Prince suo patiente aeternum patitur. Exesse te porro
Faustum, Infustum prope dixerim, iubeo: qui Iesum per omnes crea-
turas spargis, per Solem et Lunam distendis, et quavis arbore suspen-
dis, in aculeis et porcis, inq; aliis ejusmodi rebus pluribus injuriis
obnoxium asseveras. Magna ridicula, magna caecitas, exclamat vox
clamantis in Higsona; Superius Passionibus Daemonum, heic Passioni-
bus deum liberantur a peccato homines. Exesse vos pariter Sam-
s. Helceseor iubeo: qui Christum in Adamo formatum deliratis, cujus cor-
pus pro suo arbitratu induerit, posteaq; exuerit; indeq; et ipsum in Ada-
mi corpore passum, mortuum esse dicentis. Omnes, omnes exesse heic
iubeo, quotquot ~~non~~ sunt, falsos ^{verbi divini Interpretes} qui commentis suis sanctissimam
Passionem ac Mortem, immortalitatis pretium, contaminant. Sanctio-
nobis librorum sacrorum monumenta sunt, quam ut scenicum heic quicquam
quam, aut supposititium, aut monstruosum admittamus. Nec a. in con-
spectu hoc vestro, Auditores, documenta Passionis ac Mortis Iesu Christi
divinis monumentis accersere opus est: quae in numerato nobis sunt: quae
ubiq; eminent, et, quemadmodum lenta solent inter viburna cupressi-
fic illa passim in arcanis Aula caelestis sese ostendunt. Imò nec eru-
bescimus profiteri, servili crucis supplicio Dominum nostrum esse
mortuum. DEUS pester patibulo afixus interiit, vetus Gentilium
Christianos erat criminatio: sed dudum respondit facundissimus Apo-
stolus: Quod istud ad causam? Neq; enim qualitas et de-
formitas mortis dicta ejus immutat aut facta, aut eò minor vi-
debitur Disciplinarum ejus auctoritas, quia vinculis corporis non